



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

VI. Insimulatur quod Lutheri opera deprauârit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

nullam satis firmam rationem se reperire, dicens, (a) qua ab antiqua ea in re dimouere nos debeat. Fieri quidem posse ut ociosis ingenij: altera illa sententia magis arideat, ut humana rationi magis congruens: non tamen propterea ab Ecclesia sententia discedendum esse. Verba illa, Hoc est corpus meum, esse instar tonitru (b). Quid ergo percussum ijs animum contra ea dicturum, aut quod dictum è scripturæ ad metaphoricam assumendam interpretationem allaturum: sibi parum peritos eos videri qui nouas hoc modo doctrinas spargunt; plus à se confidit rationibus quam S. Scripturæ verbis tribuentes. Quamque idem Anno M. D. XL. in grauiissimum morbum incidisset, testamento à se condito hæc verba inseruit: (c) Quantum ad Cœnam Domini attingit, in eo quod cum Bucero Anno D. XXX. V. Witteberga conuenit, acquiesco, & in hac confessione mori uolo. Quid vero de alijs religionis articulis senserit, morbi grauitate impeditus tum latius explicare non poterat. De Colloquio vero illo V. Wittebergeni infra in vita Buceri agam.

V. Mortuo Luthero, Philippus plerisque sententiam mutasse, & ad sacramentarios inclinare videbatur, (d) sic tamen ut magistri memoriam & auctoritatem non læderet. Crispinum certe librarium Geneuensem ad imprimenda Oecolampadij scripta hortatus est: ac literis ultro citroque missis cum Caluino & Bullingero amicitiam coluit. (e) Lutheranus quidam Caloander nomine narrat, Melanchthonem aliquando à se obsecratum, ut suam de Cœna Domini sententiã scripto consignatam proferret, quo intelligeretur virum cum Luthero an cum Sacramentarijs sentiret. Tum illum indignabundum respondisse, satis superque ea de re à se scriptum; at si eam controversiam attingere rursus cogatur, facturum ut totus mundus obstupescat. Rogante dein Caloandro, ut quod eum rogasset bonam in partem acciperet, ac tam piæ ac honestæ petitioni locum daret: se quidem nomen eius defendere paratum contra omnes qui Melanchthonem credere negant panem in Cœna Domini verum esse & naturale Christi corpus: illum multo magis indignantem, scedulam forte repertam in terram proiecisse, additis his verbis: *Hæc su Caloander, si uerum & naturale Christi corpus est in pane consecrato Cœna Domini, quid prohibet quominus idem sit in hac scedula?* Hac blasphemia, ei, quod idem in Confessione Augustana scripserat, plane contraria, è Philippi ore audita, Caloander non minori tristitia quam admiratione correptum, ab eo se discessisse scribit.

Alij cuidam Superintendenti, Mordisio nomine, eadem de re Philippum urgenti, ille respondit: (f) Facite ut hinc abire mihi liceat, nec dubitate me tum sententiam meam de hac controuersia libere perscripserum. Stanislaus Rescius (g) se præsentem à Polonis quibusdam de communione sub duabus speciebus rogarum, respondisse ait: Nihil interesse, tam unam quam alteram speciem sufficere. Sic ergo Melanchthon omnes æque quid de Sacramento altaris sentiret, incertus relinquebat (h). Eam ob causam Caluinus ei exprobrasse dicitur: *Quid tu, Philippe, non a Sacramento obsignare aude quod alij sanguine suo obsignant?* Nihilominus tamen magna erat apud omnes nationes Philippi fama & existimatio: adeo ut etiam Franciscus I. Galliarum rex eum ad se euocarit. Similiter Henricus VIII. Angliarum rex, postquam ab Ecclesia descidit, à Germaniarum Principibus Melanchthonem ad se mitti petijt, qui nouæ Ecclesiæ iaceret fundamenta. (i) Sed illi, Francofurti tum Anno M. D. XXXIX. congregati, molli & timido Philippi animo parum fidentes, huic Regis petitioni nequam annuendum censuerunt, ut Caluinus scribit. Idem post eius mortem hanc in eo timiditatem notat, inquiens: *O Philippe Melanchthon, ad te prouoco, qui in alijs cum Deo uiuis, ibique nos expulsi (k). Centies atque iterum centies tu tot laboribus defatigatus, optasti ut in sinu meo quiescere atque animam redderes sibi liceret: & ego quoque nihil ardentius quam præsentiam tuam desideravi. Quo uoto si uerque peritus fuisset, tu quidem fortiozem te tam in congressibus quam in contemnenda inuidia & odio exhibuisses, malitia certe eorum repressa fuisset, quorum audacia per tuam molliam creuit.*

VI. Hic idem Melanchthon Lutheri opera post mortem eius castigauit, non solum stilitudinem & scabritiem expoliendo, verum etiam res ipsas mutando, addendo, detrahendo. (l) Eoq; ab Illyrico & Gallo accusatur, quod veram magistri (i) doctrinam corruperit ac deperauerit. Idem ei in Colloquio Altemburgensi, cui Gulielmus Saxo-

a Mel. epist. ad Rotman. Monast. Ioach. VVestph. de Mel.
b Lib. de Ver. corp. Christi c Hist. de Cœn. f. 357. Pauc.
habet contrar. fol. 43. vsq; ad fol. 49. d Schlusfeldburg.
lib. 4. fol. 274. e Lauar. histor. Sacr. fol. 32. Selnecc. in recit.
f Peuc. ibid. fol. 28. g Lib. 5. h Luc. Osiand. Consur. 16. lib.
3. c. 40. fol. 703. i Camerar. in vita Mel. & Pantaleon.
in Prosep. Vir. Illust. Nigr. in Chron. k Peuc. nar. histor.
de Vita Melanch.

nia Dux præfedit, fuit objectum. Et hæc ob causam Witbergenfes Theologi Anno M DXLVIII. Synodum Lipsiæ habuerunt, ut quid hac in re faciendum esset, deliberaretur. (a) Pudebat enim Evangelistæ sui libros tot vanitatibus injurijs, nugis, scommatis, stercorebus, merdis (sit honos auri- bus) totque diabolorum legionibus videre referros. Sic ergo de Melanchthonis consilio scripta omnia Lutheri mutant, omiserunt, addiderunt quidquid visum fuit, ordinem librorum & numerum Tomorum qui viro Luthero exculi fuerant, perverterunt, quæ res miram in ijs qua ex Lutheri scriptis citantur locis confusionem parit: id quod etiam Boquinus Breatio & Schmidelino in Colloquio Maulbrunensi Anno M DLX V. exprobra- vit, dicens: *Quomodo de Lutheri doctrina certi esse potestis, qui de numero Tomorum eius Operum non estis certi?* (b) Amsdorffius, Illyricus & Rorarius, Luthera- ni, edito libro conqueruntur magnam (scilicet) Dei verbo quod Luthero revelatum fuerit, hæc censura vel castratione potius factam esse injuriã: simulque Melanchthonem probe depectunt, Co- thurnum, falsarium, Pelagianum, & c. appellantes. Nonnulli eundem instimulant quod Arrianismo quoque faverit, quem novi hæresiarachæ tum par- turiebant Stancarus (c) certe ait: *quis Melanchthonis epistolam ad Ioaachimum Marchionem Brandenburgicum scriptam legorit, certissimus Arrianismi notas in ea de- prehensurum, ut qui isdem argumentis utatur, quibus Arrius Christum divinitate spoliare conatus est;* quam idem Philippus in Locis suis Communibus Anno M DXLV. impressis negare videtur, dum pagina XLIII. (d) Salvatorem nostrum Patri suo supplicã- tem facit. Idem frequenter his verbis utebatur: *Filium orare, intercedere, rogare, supplicare, filium ap- pellant Patris Ministrum, quem Lutherus (e) quo- que cum Arrio, Patris Organum seu instrumentum appellat. Præterea, Patrem Filio imperare, Filium Patri esse subiectum. Qui exactius tam hæc quam alia scire desiderat, legat Stancarum librum, (f) in quo Arrii & Melanchthonis doctrina inter se comparata hunc Antichristum Septentrionalem vocat. Piget me opus hoc meum tam sædis hæreticorum sordibus contaminare: quas bona fide auctoribus reddo. Manichæum quoque; Melanchthonem fuisse qui- dam asserunt, ut qui in primis suis scriptis (g) Dei peccati auctorem faciat, ac dicat, *Davidis adulterium & Iuda prodicionem non minus esse Dei opus quam Pauli conversionem. Verum hunc ille errorem Annotationibus in Epistolam ad Romanos insertum ac de-**

fectum, in posteriori Locorum Communium edi- tione emendavit. Licet vero Calvinus Franciæ hæresiaracha Melanchthonem suæ de Cœna Do- mini sententiæ subscripsisse affirmet, (h) tamẽ non modo discipuli eius, verũ etiam ipse Melanchtho id aperte negat, ut supra ex ijs quæ de Tigurinis diximus videre est.

VII Quod ad Confessionistarum Fidem ac reli- gionem attinet nescio fere quid dicam in ea credi vel negari, adeo & tam sæpe mutata est ut noven- decim editiones Augustanæ Confessionis diversis locis & annis factæ, inter se collatæ non solum ver- bis, sed sententijs discrepent & repugnent. Est in Cancellaria Archiepiscopi & Electoris Moguntini exemplar Confessionis illius, acceptum & alla- tum An. 1530. ex Comitij ipsius Augustanis, id vero à cæteris editis uti discrepat, ita longe mitius (i) ut multis in articulis à Catholici- ca non longe abfit. *Concedunt enim istis Liberum Ar- bitrium; nec Missæ sacrificium, nec Confessionem plane rejiciunt. Docent idem prolatis institutionis verbum pa- nem esse verum Christi corpus, ac Christum in Sa- cramento corporaliter & realiter esse præsentem, Confitemur, inquit, ut in eadem Confessione in Cœ- na Domini vere & substantialiter esse corpus & sangui- nem Iesæ Christi, eoque cum rebus illis visibilibus pane & sanguine ijs qui hoc Sacramentum accipiunt vere exhiberi.* Id quod Zuingliani plane negant, docentes panem signum tantum esse corporis absentis, nec præter panem & vinum quidquam distribui. Il- lud nisi Iominus verum est articulum hunc, ut & alios quosdã Augustanæ Confessionis, (k) fortis esse mutatos & ad incudẽ revoca- os, ut prima eorũ li- neamẽta & figura plane petijisse. & de novo cus- videatur Edit. o An M DXXXI in articulo illo de reali corporis Christi in Eucharistia præsentia nõ idem loquitur quod prior quæ An M DXXX pro- dierat. (l) Ab utraq; etiam discrepant quæ postea sunt editæ. Primam autem Lutherianizate, secundã Philip-

a Vitus Vinshem. orat. funebr. Mel. Bismarc. fol. 52 b Vid. Christ. Vvalterum contra Illyr. c. de Trin. d. Vi- de Adam. Kolerum. contra VVackerum fol. 22. Bellar. lib. contra Arrian. novos. Mel. in loc. compag. 40. c. Lu- th. ad Latom. tom. 2. p. 251. T. m. 7. len. f. 243. i. Lib. de Trin. g. Mel. in ep. Pauli ad Rom. h. Hofius lib. 1. de hæres. fol. 444. Bez. in vit. Calv. i. Eder. in Inquisit. Evang. tab. 9 f. 65. k. Staph. in Prodomo. Nicol. Gail. in libello. Von- vigillum. Colle. Alt. fol. 462. VVolf. de Cœn. Dom.